Die digitale Landesbibliothek Oberösterreich

oö landes bibliothek

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:
Director: Mag. Renate Plöchl
Deputy director: Mag. Julian Sagmeister
Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek
Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:
Email: landesbibliothek(at)ooe.gv.at
Telephone: +43(732) 7720-53100

oñdere unam substantiam patris et filii. dicit filium patris qui ex eo natus est unigenitus. Deinde quoniam nativitas et filius apud nos ostentationem parit passionis. ideo quia hunc filium appellat et verbum. impassibilitatem nativitatis eius nomine isto demonstravit. Sed quoniam propter quispiam filius ut homo indubitanter sermone suo filio demonstratum: ne hic ipsum non de divina natura putares. splendorem vocat unigenitum patris. Splendor enim nascitur quidem ex sole. non autem intelligitur sole posterior. Coexistere ergo semper patri filium: splendor et demonstret. impassibilitatem nativitatis. ostendat verbum. consubstantialitatem vero: filii nomen insinuet. **Crisostomus.** Sed dicit aliquis. Quoniam hic .i. in principio: non eternitatem ostendit simpliciter. Et enim et de celo illud et de terra dictum est. In principio inquit fecit deus celum et terram. Sed quid commune habet. erat. ad fecit? Sicut enim quod est cum de homine quidem dicitur. presens tantum significat solum: cum autem de deo: id quod est semper et eternaliter. ita et erat de nostra quidem cum dicitur natura: preteritum significat tempus. cum autem de deo: eternitatem ostendit. **Origenes.** Nomen enim verbum duplicem habet significationem. aliquando enim temporales motus secundum analogiam aliorum verborum declarat. aliquando substantiam uniuscuiusque rei de qua predicatur sine ullo temporali motu designat. Ideo et substantivum vocatur. **Hylarius.** Respice ergo ad mundum. intellige quid de eo scriptum est. In principio fecit deus celum et terram. Fit ergo in principio quod creatur. et etate continetur quod in principio continetur ut fieret. Piscator autem illitteratus. indoctus. liber a tempore. solutus a seculis est. vincit omne principium. Erat enim quod est. nec in tempore aliquo concluditur. ut cepit quod erat potius in principio quam fieret. **Alchuinus.** Contra eos ergo qui propter temporalem nativitatem dicebant Christum non semper fuisse: incipit de eternitate verbi dicens. In principio erat verbum. **Crisostomus.**

Et verbum erat apud deum.

Omnia maxime dixi est proprium. eternum et sine principio esse: hoc primum posuit. Deinde ne quis audiens. In principio erat: ingenitum verbum dicat: confestim hic removit dicens. Et verbum erat apud deum. **Hylarius.** Sine principio enim est apud deum. et quod abest a tempore: non abest ab auctore. **Basilius.** Rursus hoc dicit propter blasphemantes quod non erat. Ubi ergo erat verbum? Non in loco incircumscriptibilia continentur. Sed ubi erat? Apud deum. Neque pater loco. neque filius circumscriptione aliqua continentur. **Origenes.** Utile autem est inducere: quod verbum dicitur ad aliquos fieri. puta ad osee vel ysayam. aut ieremiam. ad deum vero non fit. quasi prius non esset apud ipsum. Ex eo ergo quod iugiter est in eo: dicitur. Et verbum erat apud deum. quia nec a principio a patre separatus est. **Crisostomus.** Non autem dixit. in deo erat. sed apud deum erat: eam que secundum ypostasim eius eternitatem nobis ostendens. **Theophilus.** Videtur autem michi quod sabellius ex hoc dicto subversus est. Ipse enim docebat quod pater et filius et spiritus sanctus una est persona. que aliquando ut pater apparuit. aliquando ut filius aliquando ut spiritus sanctus. Manifeste vero confunditur ex hoc verbo. Et verbum erat apud deum. Hic enim evangelista aliud declarat esse filium: aliud deum scilicet patrem. **Hylarius.**

Et deus erat verbum.

Desinet vox sonus vocis est. enunciatio negociorum. et elocutio cogitationum. Hoc verbum in principio apud deum erat. quia sermo cogitationis eternus est. cum qui cogitat sit eternus. Sed quomodo in principio erat: quod nec ante tempus nec post tempus est. et nescio an vel ipso esse possit in tempore. Loquentium enim sermo nec est antequam loquitur. et cum locuti erunt: non erit. In eo autem ipso quod loquitur. dum finivit: iam non erit id

i omel.

.g. de trin.

.g. de trin.

.g. de trin.